

Ernst Johann Friedrich Mantzel

Viro Prænobili Atque Doctissimo, Domino Henrico Joh. Petro Weidnero, Juris Utriusque Doctorando, Magni Parentis Filio Æmulo ... Pro Gradu Disputanti ... Gratulatur, De Moralitate Usurarum disserens

Rostochii: Typis Nicolai Schwigerovii, [1725?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002333105>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 1726⁵

Mantzel, Ern. Joh. Frid. *1a*

VIRO PRÆNOBILI ATQUE DO-
CTISSIMO,

DOMINO
HENRICO
JOH. PETRO
WEIDNERO,

JURIS UTRIVSQUE DOCTORANDO,
MAGNI PARENTIS FILIO
ÆMULO,


FAUTORI ET AMICO SUO OPTIMO DEQUE USURIS
CUM APPLAUSU PRO GRADU DISPUTAN-
TI ET PRÆSIDENDO DISPUTATURO,
EX DEDITISSIMO ANIMI AFFECTU
GRATULATUR,

DE
MORALITATE USURARUM
differens

ERN. JOH. FRID.

Mangel /

J. V. & Phil. D. ac Moral. Prof. Ord.




ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Amplissimi Senatus Typog.

1726

Universitäts-
Bibliothek
Rostock



VIR,
Prænobilis atque Clarissime,

*Fautor & Amice multis nominibus
solende!*



Udivit te Vir Clarissime ! Academia nostra disputantem, Audivit illustris O. O. Auditorum Confessus e defendentem Inauguralem tuam de usuraria pravitate disputationem. Audivit te quilibet bene & cum applausu differentem. Applaudentium etiam coetuiego, summa cum delectatione, uti fateberis, per totum fere diem interfui. Lubenter etiam publicam meam gratulationem brevi in discursu oppositorio adjecissem, nisi nox ingruisset, & incivile judicissem, te satis laceffitum & fatigatum ulterius detinere. Quod autem circa tuam differentiationem laudabiliter conscriptam, mihi variae subnatae sint meditationes, illustrem materiam de usuris tangentes, non diffiteri possum : Patiaris igitur ut Tibi tanquam Fautori meo oculissimo, loco gratulationis publicae, cogitata mea communicem, & si lubuerit dictis meis tua, reponere, non enim dubito, quin ea placida ratione veritas rite indagetur exponaturque.


Vide.

Videtur autem mihi, accuratam esse faciendam distinctionem inter *Jus Gentium* sive æquitatem naturalem se dirigentem ad præsentem mundi formam; (*Jus Naturæ* enim in sensu stricto sumtum usuras non novit,) *Jus Divinum* positivum, & *Jus Civile*; Ut de principaliori incipiam, *Jus Divinum* videtur singulari rigore omnes damnare usuras; Testantur id loca biblica varia, quæ inter durissimus est Pl. XV. ubi dicitur per resolutionem logicam daß der nicht soll in Gottes Hütte wohnen der sein Geld auff Bucher giebt. quod idem esse creditur, ac illum non esse beandum salute æterna. Solet equidem communis fieri distinctio inter usuras mordentes & non - mordentes, intelligendo dictum illud de mordentibus: Verum ne sic quidem satis se extricare videntur interpretes, quia regulam juris Civilis bene huc trahi posse puto: *Ubi Lex non distinguit ibi neque nos distinguere debemus*; Imo positiones Juris gentium dubium faciunt, annon Usuræ mordentes in genere tales sint entia rationis, imò annon ad summum, per mordentes, uti nos illas dicimus usuras, præter humanitatem quid lædatur: Indeque vix mihi temperare possum, quin statuam, Davidem, inspirante DEO, mentem dirigere vel ad fraudes negotiantium in genere indeque sub voce *Bucher* intelligere enorme lucrum, quod quis pro mercibus venditis accipit: Vel etiam Davidem non loqui in omnibus commatibus hujus Psalmi de capitibus justis & injustis in genere, sed de obligatione Civis Judæi erga Concivem suum? Ut adeo explicari debeat quæstio versiculi primi: *HER du Führer und Regierer deines Volks Israel: Wer wird wohnen, da wo du deine Hütte, deinen Feuer und Heerd hast, nemlich unter deinem Volk Israel? wer wird bleiben auf deinem Heiligem Berge?* quæ phrasis de sancto monte haud raro de loco tentorii sacri, & hic spiritu prophetico de templo a Salomone in monte exstruendo adhibetur. Et sic respondeatur ad quæstionem motam: *Wer die*

die oder die Tugenden exerciret, und unfreundliche Dinge gegen seinen Bruder unterlässet. Imo quod non de meris aeternum damna bilibus loquatur textus, patet inter alia ex comitate: Wer die Wahrheit von Herze redet: Veritatis enim obvelatio non potest pro peccato mortali aestimari, sed haud raro ad prudentiam refertur singularem: Quod autem DEUS tam rigorose jufferit veritatis dictionem, indicium facit singularis confidentiae & amoris, quem stabilitum volebat inter populum suum, cui in genere & in specie fraternam pietatem injunctam esse volebat. Hanc meditationem multum sublevat consideratio ultimarum vocum: Wer das thut der wird wohl bleiben. Quae sane de vita & salute aeterna non statim & directe accipi possunt. Cogitetur omnino de phrasi frequenti S. Scripturae der soll außgerottet werden von meinem Volck, sub qua comminatione DEUS indicat, illum qui mala fecerit jus Civitatis amissurum & capite minuendum esse inter populum suum, imo expellendum & tradendum esse in manus & potestatem hostium. Nostri me extemporanea scribere, quapropter noli *Venerando tuo Domino Parenti Theologo & Exegeta Celebratissimo Fautori meo filiali cultu aestimando* hanc meam expositionem communicare, vereor enim nedicat, mementem sacrarum literarum non affecutum esse, licet quantum jam video, cum summa veneratione S. Scripturae, ejusmodi explicationem stare posse, putem. Considera *Vir Clarissime!* quomodo meas cogitationes adjuvent dicta Levitici XXV. v. 36. seq. ubi specialiter & restrictive textus loquitur de fratre a quo non sunt exigendae usurae, *Bucher und Übersatz.* Hicce enim formandus omnino est conceptus: DEUS singulari providentia gubernabat populum suum Israeliticum, praem-nibus electum: Huic populo miraculosa manu tribue-rat & distribuerat terram Cananaeam; Inde volebat omnes in genere vivere ut fratres in communione amica, potissi-mum

mum emergente unius vel alterius fratris paupertate De
 eo casu enim potissimum loquitur textus Exod. XXII. v.
 25. Wenn du Geld leihhest meinem Volk, das Arm ist bey dir,
 solltu keinen Wucher auff ihm treiben: & allegatus Lev. XXV.
 v. 35. seq. Wenn dein Bruder verarmet &c. &c. Ex quibus
 omnibus patet, DEum noluisse in genere ut promiscua u-
 furarum acceptio inter suum populum vigeret, sed genera-
 liter eas prohibuit. Quia autem diversorum diversa est ra-
 tio, non potest probari DEum damnasse certis casibus mer-
 cedem pro pecunia mutuo data accipiendam ab illis, qui
 non ad levendam paupertatem, sed ad conditionem suam
 insigniter augmentandam, alienam pecuniam applicabant.
 Hoc enim Is ipse Deus, qui approbat honestam conditio-
 nis emendationem, prohibere non potuit, quia iniquum fu-
 issset unius statum reddi pinguiorem cum alterius lucro
 cessante. Et hoc ipsum est quod in secundo mei discursus
 commate *Vir Clarissime!* quoad *Jus Gentium* notanter dice-
 re volui: Ita enim rem comparatam esse reperio: Distin-
 cta sunt rerum dominia: alter autem plus, alter minus
 possidet: Non cujuslibet est, proprio suo ære omnem
 suam rem feliciter peragere: Ergo salutare est in Republi-
 ca, ut possit pecunia accipi ab illis, qui eadem pro præ-
 senti tempore ad res suas non indigent, sub securitate ta-
 men receptionis aliquando expectandæ: Imò cum hoc non
 sufficiat ad persuadendum creditorem, particeps est red-
 dendus lucri quod debitor exinde percipit. Notetur argu-
 mentum eleganter duci solitum a locatione conductione
 ædium. Ne præteream palmarium argumentum de flore
 Reip. & præsertim commerciorum, alias non stabili; Quis
 enim, licet securitatem fortis protempore haberet, vellet
 alii pecuniam suam tradere, quum præter periculum cum
 tempore emergens, etiam incivile esset, a parte debitoris,
 creditorem, qui ipse certe lucraturus fuisset aliquid suo ære,
 peri-


penitus a societate luri exclusisse, & nil ipsi tribuisse quam incommoditatem numerandi & sicuti dicere solemus das er nichts davon hätte wenn er dem debitori dienete, als schmutzige Finger. Ut taceam inevitabilem necessitatem istius modi conservandi sortem & ex usuris vivendi quæ occurrit circa pupillos, pia corpora, universitates & his similia. Quod autem hinc distingui debuerint eleemosinæ & sublevamina pauperibus danda, quilibet videt, officia humanitatis cui libet bono & honesto viro svadenda esse, concedens. Hæc crediderim, recte sese habent; Sed nunc gravis venit ex æquitate naturali decidenda quæstio; *Quousque extendi debeat quantitas usurarum?* Hæsitat equidem initio philosophia, Verum mox ad naturam pactorum & contractuum recurrens non aliter decidere posse videtur, quam pacta dare legem contractui, hoc est, tantas accipi posse usuras, quantas sunt in stipulatione, atque sic pro centum quotannis debitor scilicet volente, capi posse viginti & Ultra; imo unius cuiusque prudentiæ relinquendum esse, an debitori tenuis fidei velit pecuniam sub tam gravi usura concedere, vel utrum pinguiori pro modicis eandem communicare velit? Ast absit ita philosophari, posteaquam enim Respubl. sunt in ordinem redactæ, magistratus est, ut prospiciat, quomodo omni meliori modo æqualitas civium conservetur; Et ut caveat, ne pestes reipublicæ, hirudines scilicet usurariæ dentur, quæ aliorum ad se trahant bona & sanguinem: Quod ipsum facile eventurum esset, aded ut brevi tempore in Republica tres vel quinque essent pecuniarum possessores, reliquis in paupertate, vel minimum in tenuitate constitutis; non enim deficerent necessitates, & ex illis fluens acceptio mutui. O bellam igitur Republicam, ubi rarissime per plateas habitarent sanguisugæ cives, de quibus insuper est præsumptio, quod ex impio & insatiabili habendi ardore sint parum vel nihil ad utilitatem
& splen-





& splendorem publicum collaturi; Nemo enim est pravus usurarius, qui non sit avarus, & avari ab omnibus sanioribus Politicis pro nauci & nihili hominibus in Republ. declarantur.

Ergo, ut ad tertiam Jurium Speciem deveniam, summe salutare est, ut Principes determinent quantitatem usurarum, nimirum ad illum casum, ubi judicialiter & executive eadem possunt prætendi, quæ enim subreptitie fiunt iniquitates, dum ii, quos urget necessitatis telum, præter scripta in chirographi literis aliquid erogant & expendant in manus usurarii, non veniunt in considerationem publicam. An autem quincunces vel semisses sint dandæ, meræ est dispositionis Legislatoris, & puto, quod Lex Imperii nostri talis quoad hoc caput sit, quæ non patiat exceptionem.

Hæc sunt, *Vir doctissime!* quæ non animo dissentienti, nam nescirem, te in dissertatione tua huic meæ deductioni contrarium esse, sed ad elucidandam hanc materiam, & ad eliciendum tuum calculum potissimum autem animo gratulandi & testandi devinctissimam meam amicitiam, Scribere ex tempore volui. Vale, Vive & flore ad invidiam usque: Abi sub voto & precibus Tuorum, redi ad tibiæ cantum, ac nunquam ubi ubi etiam fueris obliviscere, me tui nominis esse cultorum perpetuum, iterumque
Vale!





ate luri exclusisse, & nil ipsi tribuisse quam
n numerandi & sicuti dicere solemus das
itte wenn ex dem debitori dienete, als schmu
taceam inevitabilen necessitatem istius modi
tem & ex usuris vivendi quæ occurrit circa
orpora, universitates & his similia. Quod au
qui debuerint elemosinæ & sublevamina
da, quilibet videt, officia humanitatis cui
onesto viro svadenda esse, concedens. Hac
se sese habent; Sed nunc gravis venit ex
i decidenda quæstio; *Quousque extendi debe-*
arum? Hæsitat equidem initio philosophia,
naturam pactorum & contractuum recur
decidere posse videtur, quam pacta dare le
, hoc est, tantas accipi posse usuras, quantæ
one, atque sic pro centum quotannis debitore
, capi posse viginti & Ultra; imo unius cu
æ relinquendum esse, an debitori tenuis
niam sub tam gravi usura concedere, vel
i pro modicis eandem communicare ve
a philosophari, posteaquam enim Republ.
n redactæ, magistratus est, ut prospiciat,
meliori modo æqualitas civium conserve
eat, ne pestes reipublicæ, hirudines scili
atur, quæ aliorum ad se trahant bona &
quod ipsum facile eventurum esset, aded ut
in Republica tres vel quinque essent pecu
res, reliquis in paupertate, vel minimum in
titutis; non enim deficerent necessitates,
s acceptio mutui. O bellam igitur Rem
rarissime per plateas habitarent sanguisugi
is insuper est præsumptio, quod ex impio &
adi ardore sint parum vel nihil ad utilitatem
& splen-